

1528.

~~17 July~~
in Augusto.

121

Petrus Tomicki Episcopus Cracoviensis
Joanni Chojenski, Archidiacono
Cracoviensi, Secretario Regio. 18

Venerabilis Domine, Frater in Christo Cha:
rissime. Cum is Cubicularius Stenikircher
incedisset in id tempus, quo literas Regis
Ferdinandi, et responsa a Domino Petro Epa:
lenicki, tunc quoque per illum ad nos alla:
ta, nos Majestati Regia transmittere Debe:
remus, opportunum arbitrati sumus per
eum ipsum fasciculum hunc Majestati sue
mittere, et una respondere ad illa, quae pau:
lo ante per literas, quas Borowski attule:
rat illius Majestas ad consultationem no:
stram referre dignata est, et vos quidem
ex literis, quas ad Majestatem suam scribi:
mus tum de Domini Laski facto, tum de
Serenissimi Regis Joannis hospitiis et rece:
ptu uberius sententiam nostram perspicie:
tis, summa tamen haec est evasionis et
consilij nostri ratio, quod non videntur No:
bis donecum ad repetendam ex avaritia Domi:
ni Laski vindictam et penam, cum et Ma:
jestas regia, et ille simul Diversis regionib:
bus, longissimeque inter se distantibus a
regno absint, rexq; Joannes sit hic in regno
cui contumelia videri magna posset, si in
eum, qui servitio ejus est abditus, propterea
Deberet a Majestate regia animadverti, quia
rem et negotium suum curandum susciperet.

Quod



Quod non paret etiam iudicio nostro impie:
tatis carere nota, vi afflicto illi, et cui a
nemine huius civilitatis, et hospitalitatis offi:
cia exhibentur, etiam haec afflictio adiciatur,
videtur autem nobis magis idoneum tempus
exigenda pene futurum, et quo Rex Joan:
nes fortasse offendi non poterit, cum Mtas
regia huius redibit. In conventu enim publico
adhibito omnium primorum Regni consilio
et consensu magis pro dignitate et auctori:
tate sua vindictam, et exposcere et statuere
Mtas sua poterit. Non dubitamus vero fu:
tuuros, non paucos, qui gesta Dni Laski vel
commendabunt, vel excusare, et lenire conten:
derit, erunt tamen alij multi, qui illum iusta
et severa animadversione puniendum cense:
bunt, audietque in publico Regni conventu
Mtas regia, quid quisque dicet pro dignitate
Mtis suae et Reipublicae. Facti eramus ja ante certio:
res literis Dni Joannis Dantisii a Caesarea Mte
Oratorem ad Mtem regiam missu de quo vobis adscri:
psimus. Et mihi jam dicitur Cracoviae esse, egregia
equidem, quod fertur indolis juvenis promptus, et ad
omnia sagax, atque industrius, quid tamen afferat hoc
vos isthuc, cum ad vos venerit, intelligetis. Nobis enim
ea sunt hucusque prorsus incognita.

Ceterum fama est Tartaros, fluvium Borysthe:
nem transisse, et iam in regnam irruptionem pa:
rare, pavorem esse in hominibus illi proxime adja:
centibus. De ea re excitatum, sed tamen certum
eorum hostium institutum, et quid meditentur
Nobis est incognitum. Vos si quid certi de ea re
habetis Nobis perscribatis, et optime valeatis, vi:
tisque incolumis et semper felix. Ex Kielce, 1528.